

Edward Szafrowski

Posoborowe prawodawstwo
kościelne : 66. Pismo Kongregacji dla
Spraw Duchowieństwa w sprawie
stałej formacji duchowieństwa
zwłaszcza młodszego (L'Osservatore
Romano, 9-10.II.1970, 3)

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawno-historyczny 14/1-2, 282-302

1971

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 27 Novembris 1969.

I. Card. ANTONIUTTI, *Praefectus*
E. Heston, C.S.C., *a Secretis*

Bez względu na jakiegokolwiek przeciwnie zarządzenia.

Dan w Rzymie, dnia 27 listopada 1969 roku.

I. Kard. ANTONIUTTI, *Prefekt*
E. Heston, C.S.C., *Sekretarz*

66.

**PISMO KONGREGACJI DLA SPRAW DUCHOWIEŃSTWA
w sprawie stałej formacji duchowieństwa zwłaszcza młodszego**
(L'Osservatore Romano, 9—10. II. 1970, 3)

Litterae circulares ad Conferentiarum Episcopatum Praesides de permanenti cleri, maxime iunioris institutione et formatione secundum placita Congregationis Plenariae die 18 Octobris anno 1968 habitae.

1. Inter ea, quae ad Sacram Congregationem pro Clericis pertinent, Constitutione Apostolica Regimini Ecclesiae universae hoc statuitur: „Congregatio media et subsidia quaerit, proponit et urget quibus sacerdotes ad sanctitatem assequendam contendunt; studia ne intermittant, adeo ut iidem praesertim in divina revelatione, scientia theologica, artibus liturgicis necnon in humanis disciplinis magis magisque edocti, fructuosius exerceant sacerdotale ministerium; instituta pastoralia promove; curat erigendas bibliothecas pro clero; instituendos ubique, statis temporibus, cursus, quos vocant, pro sacerdotibus, praesertim novensilibus, ut iidem pastores cognitiones et methodum perficiant atque amplificent, experientias apostolicas mutuo communicent, activitates pastorales coordinent”.¹

Okólnik skierowany do Przewodniczących Konferencji Biskupich dotyczący stałego dokształcania i formacji kleru, zwłaszcza młodszego zgodnie z wytycznymi Kongregacji Plenarnej odbytej dnia 18 października 1968 roku.

1. Konstytucja Apostolska „Regimini Ecclesiae universae”, określając sprawy należące do kompetencji Kongregacji dla Spraw Duchowieństwa, tak postanawia: „Kongregacja poszukuje, przedstawia i usilnie zaleca środki i sposoby, dzięki którym kapłani zdążali by do osiągnięcia świętości, kontynuowali w dalszym ciągu studia tak, by coraz bardziej ugruntowani w Bożym objawieniu, wiedzy teologicznej i liturgicznej oraz w świeckich dyscyplinach coraz owocniej wypełniali kapłańskie posługiwanie. Popiera następnie instytucje duszpasterskie, troszczy się o zakładanie bibliotek dla duchowieństwa, o organizowanie wszędzie w ustalonych terminach kursów dla kapłanów, zwłaszcza neoprezbiterów, aby zdobywali i pogłębiali wiedzę oraz metody duszpasterstwa, dokonywali wymiany doświadczeń

2. Quod officium u recte impleret, Sacra Congregatio pro Clericis necessarium esse duxit peculiari examine expendere quaestionem de permanenti clericorum, potissimum iuniorum, formatione, quo efficacius ad usum deducerentur statuta hac de re a Concilio Vaticano II edita.²

Hunc in finem, ampla quaestionum series ad Conferentias Episcopales missa est, unde cognosci possent, modo quidem vivido ac definito, cum verae et germanae quaestiones, quae ex illa permanenti formatione in variis orbis terrarum partibus oriuntur, tum ea, quae hac in re experiendo usque adhuc sunt comperta.

Postquam omnia responsa mature considerata sunt atque perpensa, eorum summarium propositum est, ut de eo inquireret, Coetui plenario Sacrae Congregationis pro Clericis die 18 mensis Octobris anno 1968 acto. Ea, quae eiusdem coetus Sodales concluderunt, per has litteras cum Conferentiis Episcoporum communicantur, ut Episcopi, sive singuli sive plures coniunctim, ad eiusmodi institutionem et formationem efficiendam ordinandamque iuventur.

apostolskich, koordynowali działalność duszpasterską”.¹

2. W celu właściwego wypełnienia tego obowiązku, Kongregacja dla Spraw Duchowieństwa uznała za konieczne podjęcie specjalnych rozważań na temat stałej formacji duchowieństwa, zwłaszcza młodszego, dzięki czemu zostałyby bardziej skutecznie zrealizowane postanowienia wydane w tej materii przez Sobór Watykański II.²

W tym celu przesłano do Konferencji Biskupich szereg pytań, które miały pozwolić poznać i to w sposób praktyczny i konkretny zarówno prawdziwe i zasadnicze problemy powstające w różnych częściach świata w związku z tego rodzaju stałą formacją jak i zdobyte już w tej materii doświadczenie.

Po dokładnym rozważeniu i zbądaniu wszystkich odpowiedzi sporządzono streszczenie, które w dniu 18 października 1968 roku stało się przedmiotem badań zebrania plenarnego Kongregacji dla Spraw Duchowieństwa. Wnioski do jakich doszli uczestnicy tego zebrania przedstawia się w niniejszym piśmie Konferencjom Biskupim w tym celu, ażeby dostarczyć czy to poszczególnym biskupom, czy też działającym wspólnie pomoc w zakresie

¹ Pauli VI, Const. Apost. *Regimini Ecclesiae universae*, n. 67, 1: A.A.S. 59 (1967), pp. 908—909.

² Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Decr. de past. Episcop. munere in *Ecclesia Christus Dominus*, n. 16: A.A.S. 59 (1966), pp. 680—681; Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis*, n. 19: A.A.S. 58 (1966), pp. 1019—1020; Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius*, n. 22: A.A.S. 58 (1966), pp. 726—727).

U w a g i o g ó l n e
Considerationes generales

3. Neminem sane latet totius *Ecclesiae renovationem*, quam Concilium Vaticanum II et exoptavit et promovit, magnam partem pendere e *sacerdotali ministerio*³, atque adeo e formatione sacerdotibus tradita, ex eiusque continuitate ac perfectione post susceptam sacerdotalem ordinationem, maxime per priores vitae pastoralis annos. Ad potiores vero partes ministerii Episcoporum pertinet, ut haec formatio tuta redatur et excolatur altius: „Cum sacerdotalis institutio, ob recentioris potissimum societatis rerum adiuncta, etiam studiorum in Seminariis curriculo absoluto prosequenda atque perficienda sit, Conferentiarum Episcoporum erit in singulis nationibus aptiora media adhibere, cuiusmodi sunt pastoralia Instituta cum parocciis opportune selectis cooperantia, conventus statis temporibus cogendi et accommodatae exercitationes quarum ope iunior clerus sub aspectu spirituali, intellectuali et pastorali in sacerdotalem vitam atque apostolicam operositatem gradatim introducatur easque in dies magis renovare ac fovere valet”⁴.

życzy¹ i którą zapoczątkował Sobór Watykański II, zależy w znacznej części od „kapłańskiego posługiwania”³, a więc także od formacji przekazanej kapłanom, od kontynuowania jej i doskonalenia po przyjęciu święceń kapłańskich, zwłaszcza w pierwszych latach życia duszpasterskiego. Do ważniejszych przeto zadań posługiwania biskupiego należy zagwarantowanie i pogłębienie tego rodzaju formacji: „Ponieważ formacja kapłańska powinna być, zwłaszcza ze względu na warunki nowoczesnego społeczeństwa, kontynuowana i doskonalona także po zakończeniu studiów seminaryjnych, przeto zadaniem Konferencji Biskupów będzie zastosowanie w poszczególnych narodach odpowiedniejszych do tego środków, jak instytuty duszpasterskie współpracujące z odpowiednio dobranymi parafiami, zebrania zwoływane w ustalonych terminach i odpowiednie ćwiczenia, dzięki którym młodszy kler będzie stopniowo zaprawiany pod względem duchowym, intelektualnym i duszpasterskim do życia kapłańskiego i działalności apostolskiej i zdolny to życie oraz działalność z dnia na dzień coraz bardziej odnawiać i rozwijać”⁴.

³ Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis*, n. 1: A.A.S. 58 (1966), p. 991; Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius*, Prooemium: A.A.S. 58 (1966), p. 713.

⁴ Conc. Oec. Vat. II, Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius*, n. 22: A.A.S. 58 (1966), pp. 726—727; cfr. etiam Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis*, n. 19: A.A.S. 58 (1966), pp. 1019—1020; Pauli VI, Litt. Apost. motu proprio datae *Ecclesiae Sanctae*, I, n. 7: A.A.S. 58 (1966), p. 761.

4. Hi tres *aspectus sacerdotalis formationis — spiritualis, intellectualis, pastoralis* — intime, et apte convenienterque inter se componentur oportet: est enim omnino necessarium, ut recta vigeat congruentia inter fines, quos assequi permanenti formationi est propositum, inter doctrinam nempe theologiam, praxim pastoraalem et vitam spiritualem, ac quidem arcta quadam coniunctione mutuaque cooperatione. Periculum modum excedendi in formatione spirituali, saltem his ipsis temporibus, minus frequens atque remotius esse videtur. Haec vitam spiritualem ceterorum duorum *aspectuum* est veluti fundamentum habenda, cum pastoralis actio sit quasi eius fructus et scientia theologica merito dici possit eius criterium dirigens.

5. Sub respectu *intellectuali*, sacerdotum formatio, ordine rationeque composita, complecti debet non solum iteratam tractationem sed etiam confirmationem primariorum disciplinarum, quarum studio ipsi iam diu operam dederunt, praesertim quod ad eas doctrinae sacrae quaestiones attinet, quae maius momentum habent ad vitam spiritualem pastoraalemque operositatem considerentur quoque oportet doctrinae theologicae *progressio* ac *novae quaestiones pastorales*, maxime vero quatenus hae a vivo Ecclesiae Magisterio elucidatae sunt; demum curandum est, ut omnia, quae circa rem pastoraalem experiendo sunt comperta, cum *solida doctrinae summa* conecantur.

4. Te trzy aspekty kapłańskiej formacji: duchowy, intelektualny i duszpasterski, winny być wewnętrznie i odpowiednio między sobą powiązane: jest bowiem rzeczą bezwzględnie konieczną uzgodnienie celów, jakie stawia sobie stała formacja kapłańska, a mianowicie zgodność między nauką teologiczną, praktyką duszpasterską i życiem duchowym przez pewne połączenie i wzajemną współpracę. Niebezpieczeństwo przekroczenia granicy w zakresie formacji duchowej, przynajmniej w obecnych czasach, rzadko ma miejsce i wydaje się być nieaktualne. Życie zaś duchowe należy uznać za fundament dwóch pozostałych aspektów, ponieważ działalność duszpasterska winna być jego owocem, a wiedza teologiczna słusznie może być nazwana jego kryterium kierowniczym.

5. Gdy idzie o aspekt intelektualny, to formacja kapłańska — odpowiednio zorganizowana — winna objąć nie tylko powtórzenie pewnego materiału, lecz także ugruntowanie podstawowych dyscyplin, które już przedtem były przedmiotem badań ich studiów, zwłaszcza gdy chodzi o te kwestie nauki kościelnej, które mają większe znaczenie w zakresie życia duchowego i duszpasterstwa. Należy również wziąć pod uwagę rozwój nauki teologicznej oraz nowe problemy duszpasterstwa, zwłaszcza gdy te zostały naświetlone przez Nauczycielski Urząd Kościoła. Wreszcie trzeba zatroszczyć się o to, aby wnioski wypływające z doświadczenia duszpasterskiego zostały powiązane z całością nauki teologicznej.

Quapropter, inter studia sacram ordinationem subsequens haec recensenda esse videntur: quae scilicet pertinent ad Sacram Scripturam, Ecclesiae Patres ac Doctores, traditionis documenta — in quibus peculiarem locum obtinent Decreta Magisterii Conciliorum ac Summorum Pontificum — Liturgiam, probata theologorum opera, necnon practicas exercitationes de re pastoralis, catechetica, homiletica ac pedagogica et quaestiones de doctrina sociali Ecclesiae. Prae oculis quidem habeantur oportet haec verba Decreti *Presbyterorum ordinis*: „Presbyteri ab Episcopo in sacro ritu ordinationis admonentur ut sint *maturi in scientia* et sit doctrina eorum *spiritualis medicina populo Dei*. Scientia autem ministri sacri sacra esse debet, quia e sacro fonte desumpta et ad sacrum finem directa”.⁵

6. *Determinatio autem materiae* huius studii pro sacerdotum formatione non videtur esse remittenda singulorum arbitrio vel optatis. Hanc enim materiam non licet determinari placitis quibusdam hac aetate vigentibus neque schola quadam theologica. Semper quidem considerandum et attendendum est id, quod sacerdotes cupiunt, non ita tamen, ut eiusmodi optatum fiat ratio et norma materiae pro theologica formatione seligendae.

7. Expedit hic nonnullas exponere considerations circa quasdam *difficultates*, quae *his temporibus*

Z tej to racji przedmiotem studiów po przyjęciu święceń winno być — jak się wydaje — Pismo św., Ojcowie i doktorzy Kościoła, dokumenty tradycji, wśród których zajmują szczególne miejsce postanowienia Nauczycielskiego Urzędu Soborów i Papieży, liturgia, zatwierdzone dzieła teologów, jak również ćwiczenia praktyczne dotyczące duszpasterstwa, katechetyki, homiletyki oraz zagadnienia z zakresu społecznej nauki Kościoła. Trzeba mieć tu na uwadze następujące słowa dekretu „Presbyterorum ordinis”: „Prezbiterzy podczas święceń kapłańskich otrzymują od biskupa napomnienie, aby „byli dojrzałymi w wiedzy” i aby ich nauka była „duchowym lekarstwem dla ludu Bożego”. Wiedza zaś szafarza świętego winna być święta, bo wzięta ze świętego źródła, do świętego celu jest skierowana”.⁵

6. Określenia przedmiotu studium, mającego na uwadze formację kapłanów, nie należy pozostawiać dowolnemu uznaniu czy życzeniom poszczególnych osób. Nie jest bowiem rzeczą wskazaną określanie tego przedmiotu według niektórych panujących współcześnie kierunków lub według jakiejś szkoły teologicznej. Wprawdzie zawsze należy rozważyć i wziąć pod uwagę życzenia kapłanów, jednakże nie w ten sposób, by te życzenia były podstawą i normą, gdy idzie o wybór przedmiotu dla formacji teologicznej.

7. Wypada tu przedstawić niektóre wnioski na temat współczesnych trudności w zakresie praktycznego

⁵ Conc. Oec. Vat. II, Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis*, n. 19: A.A.S. 58 (1966), pp. 1019—1020.

non raro contingunt, cum haec iuniorum sacerdotum institutio ad usum deducitur. Nostra enim aetate fere quoad omnia, etiam quoad fidei veritates, dubitationes exceptionesque proponuntur, unde etiam consequitur, ut apud multos sacerdotes personalis certitudo circa germanam doctrinam catholicam iam non habeatur, ita ut ipsa principia, quae vitam christianam et sacerdotalem regunt ac moderantur, in dubium vel saltem in controversiam vocentur.

Hic mentis habitus spiritui supernaturali nullatenus favet, qui omnino necessarius est ad sacerdotum vitam et ministerium, sed eos potius ad illam „saecularizationem”, quae dicitur, inducit, quaeque non solum reapse invenitur, sed etiam interdum aperte intenditur. Si enim catholicae doctrinae veluti patrimonium, quod quisque certe ac personali ratione possidet, ita ut eius vitam et operationem efficaciter dirigat, amittitur, subsidia deficient, quorum ope resisti possit naturalismo et materialismo practico, quibus vita socialis nostra aetate in toto circuitu suo inficitur.

8. Iuniores sacerdotes non raro difficultates experiuntur in *fidei deposito integre retinendo*, quod a Iesu Christo est Ecclesiae traditum. Cuius rei multiplices causae sunt: etenim partim ex aucta voluntate oritur contra dicendi, adeo ut non dubitetur etiam ipsas traditas veritates fidei improbare, praesertim quod ad modum attinet eas enuntiandi; quae quidem ad improbandum propensio imprimis authentici Magiste-

wprowadzania w życie formacji młodego duchowieństwa. Obecnie bowiem wysuwa się wątpliwości i zarzuty w każdej dziedzinie, a więc również w odniesieniu do prawd wiary. Nic przeto dziwnego, że u wielu kapłanów nie ma już osobowej pewności w odniesieniu do autentycznej nauki katolickiej tak, iż są podawane w wątpliwość lub stają się przynajmniej przedmiotem kontrowersji same zasady, które rządzą i kierują życiem chrześcijańskim i kapłańskim.

Takie nastawienie umysłu nie sprzyja w żadnym wypadku nadprzyrodzoności, która jest bezwzględnie konieczna do życia i posługiwania kapłańskiego, lecz raczej prowadzi kapłanów do ześwieżdzenia, które nie tylko samorzutnie następuje, lecz jest niekiedy wyraźnie zamierzone. Jeżeli bowiem zatracą się dziedzictwo nauki katolickiej, które stanowi niewątpliwą i osobową własność każdego tak, że kieruje skutecznie jego życiem i działalnością, wtedy brak jest pomocy, które by pozwoliły przeciwstawić się naturalizmowi i praktycznemu materializmowi, jakimi wszędzie jest przepojone życie społeczne w całym swoim zasięgu.

8. Młodzi kapłani nie rzadko doświadczają trudności, gdy idzie o całościowe zachowanie depozytu wiary przekazanego Kościołowi przez Jezusa Chrystusa. Rozliczne są przyczyny takiego stanu rzeczy. Częściowo rodzi się to ze zwiększonej swobody wyrażania sprzeciwu i to do tego stopnia, że podważa się nawet przekazane prawdy wiary, zwłaszcza gdy idzie o sposób ich przedstawiania. To zaś na-

rii ecclesiastici dicta respicit, eo progrediens, ut oboedientia in discrimen vocetur; partim vero causa huius animorum turbationis ponenda etiam esse videtur in aucto momento disciplinarum empiricarum, quarum conclusiones theologi modo fidei non congruenti interdum interpretantur: quam interpretationem ne ipsi quidem harum disciplinarum cultores probant, saltem ii qui non imbuti sint ideologia aliqua religioni christianae infensa. Demum memoranda est rei socialis mutatio, quae magnam vim habet ad ea, quae ad socialem sacerdotis vitam spectant.

9. Vita vero *spiritualis* vividam *fidem personalem* postulat, ex qua illa oritur, in qua innititur, ex qua incrementa capit. Mutua est autem haec ratio: etenim vita spiritualis, quantum ad ipsam pertinet, fidem roborat ideoque tutum efficit modum theologalem in studia incumbendi, cogitandi ac statuendi, quid sit agendum, atque ita faciliorem etiam reddit comprobationem doctrinae a Magisterio propositae, quod quidem est norma proxima laboris theologici.

Supremo enim Ecclesiae Pastori et Episcopis cum eo coniunctis ex divina institutione competit munus docendi ea, quae ad fidem spectant; quae potestas neque laicis neque presbyteris tribuitur. Ea igitur, quae a Magisterio proponuntur, sincere accipiantur oportet: quae omnia nisi accipiantur ac quidem sine ullis ambagibus vel exceptione, cetera omnia ad vanum et irritum redi-

stawienie podważania dotyczy na pierwszym miejscu wypowiedzi autentycznego Nauczycielskiego Urzędu Kościoła, posuwając się do zaprzeczenia samego posłuszeństwa. Częściowo zaś przyczyną tego zamieszania zdaje się być zwiększone znaczenie nauk doświadczalnych, których wnioski teologowie ujmują czasem jako niezgodne z wiarą. Takiej zaś interpretacji nie insynuują nawet sami badacze danej dyscypliny, przynajmniej ci, którzy nie są przepojeni jakąś ideologią wrogą religii chrześcijańskiej. Wreszcie należy tu wskazać na zmianę warunków społecznych, co ma duży wpływ na sprawy dotyczące życia społecznego kapłanów.

9. Życie zaś duchowe domaga się żywej wiary osobowej, z której ono się rodzi, na której się opiera, z której czerpie swój wzrost. To powiązanie jest wzajemne: mianowicie życie duchowe, o ile stanowi część wiary wzmacnia ją i dlatego daje rękojmię teologalnego podejścia w studiowaniu, w myśleniu i decyzji co należy czynić. W ten też sposób ułatwia uzasadnienie doktryny przedstawionej przez Nauczycielski Urząd Kościoła, co też stanowi najbliższą normę dla pracy teologicznej.

Najwyższemu Pasterzowi Kościoła i złączonym z Nim Biskupom przysługuje z ustanowienia Bóżego obowiązek nauczania prawd wiary. Taką władza nie przysługuje ani świeckim ani prezbiterom. Tak więc to, co podaje Nauczycielski Urząd winno być szczerze przyjmowane: jeżeli zaś to wszystko nie jest przyjmowane i to bez żadnych wykrętów i zastrzeżeń, wtedy

guntur. Etenim propter auxilium Spiritus Sancti Ecclesiae Magisterio promissum, *suppositis* quidem *supponendis*, „religiosum voluntatis et intellectus obsequium... praestandum est Romani Pontificis authentico magisterio etiam cum non ex cathedra loquitur”, immo vero supremi Magisterii „definitionibus fidei obsequio adhaerendum”.⁶

Ad confirmandam hanc vitam spirituale et conscientiam sacerdotii, optandum est, ut feria V Hebdomadae Sanctae mane quisque presbyter — sive Missae chrismatis intersit sive non intersit — renovet actum, quo se Christo devovit, quo officia sacerdotalia se exsecuturum, maxime sacrum caelibatum servaturum et obedientiam Episcopo (aut Moderatori Religioso) praestitutum esse promisit, atque in animo suo celebret munus sacro Ordine sancitum, quo vocatus est ad servitium Ecclesiae.

10. Odcirco theologica institutio imprimis catholicam doctrinam ab Ecclesiae Magisterio propositam plene omnibusque partibus tutari atque explicare debet atque subtilius explanare, adiumentis subsidiisque adhibitis, quae disciplinae Bibliorum sacrorum, Ecclesiae Patrum necnon et „patrimonii philosophici perenniter validi”⁷ importaverunt. Neque **omitti licet catholicam doctrinam de ipsius Magisterii Ecclesiae auctorita-**

wszystko inne na próżno i bez żadnej wartości jest gromadzone. Ze względu bowiem na pomoc Ducha Św., jaka przyrzeczona została Nauczycielskiemu Urzędowi Kościoła, suponując wymagane warunki, „należy okazywać zbożną uległość woli i rozumu nauczycielskiemu urzędowi Biskupa Rzymskiego, nawet wtedy, gdy nie przemawia on „uroczyście” — tymbardziej zaś „należy się posłuszeństwo orzeczeniom wiary”⁶ najwyższego urzędu nauczycielskiego.

Dla wzmocnienia życia duchowego i świadomości kapłaństwa wyrażamy życzenie, ażeby w W. Czwartek rano każdy kapłan — bez względu na to, czy jest obecny na Mszy św. krzyżma czy nie — odnowił akt, jakim poświęcił się Chrystusowi, a w którym przyrzekł, że wypełni obowiązki kapłańskie, a zwłaszcza zachowa święty celibat i okaże posłuszeństwo biskupowi (lub przełożonemu zakonnemu). Niech więc i wewnętrznie przeżyje na nowo swoją misję wynikającą ze święceń, przez co został powołany do służby Kościoła.

10. Stąd to kształcenie teologiczne winno mieć w pierwszym rzędzie na uwadze strzeżenie i wyjaśnianie nauki katolickiej przedstawionej przez nauczycielski urząd Kościoła — przyjmowanej bez uszczerbku i we wszystkich jej punktach — jak również subtelne pogłębianie jej, z zastosowaniem tych pomocy i środków, jakiego wniosły nauki: biblijne, Ojców Kościoła, jak również i „wiecznie wartości-

⁶ Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 25: A.A.S. 57 (1965), pp. 29—31.

te eodem modo tuenda. Haec omnia praestanda sunt ratione quoque habita difficultatum, quae circa sacram doctrinam e quaestionibus, hodie acriter motis, oriuntur ac quibus responsio vere christiana danda est.

11. Solida vita spiritualis atque recta scientia theologica excitant foventque impulsionem et operositatem *pastoralem*, fructuosam sacramentorum administrationem, verbi Dei praedicationem vi persuadendi praeditam, et omnimodam caritatem *pastoralem*, ad quod munus exsequendum sacerdotes ordinationem receperunt⁷: ita quidem, ut Dei caritas fundamentum semper sit caritatis erga proximum, et illi fidei doctrinam exponant omnino congruenter Ecclesiae Magisterio apteque distinguant sacerdotalem operam ab actione politica et sociali, quae ad laicos propria ratione pertinet⁸. Necessarius est habitus animi inducens ad vitam agendam pietate ac disciplina conformatam, cum sacerdotale ministerium, cuius sunt presbyteri participes, omnino postulet modum ac rationem vitae congruentem do-

we dziedzictwo filozoficzne”⁷. Nie godzi się też pomijać katolickiej doktryny na temat autorytetu samego nauczycielskiego urzędu Kościoła, którego należy strzec w ten sam sposób. To wszystko winno być przedstawiane z uwzględnieniem także trudności, jakie powstają w zakresie doktryny katolickiej, na skutek szczególnie aktualnych dziś problemów, a na które należy dać odpowiedź prawdziwie chrześcijańską.

11. Solidne życie duchowe oraz autentyczna wiedza teologiczna pobudzają i wspierają inicjatywę i działalność duszpasterską, owocne administrowanie sakramentów, przepowiadanie Słowa Bożego wyposażone w moc przekonywania i wszechstronną miłość duszpasterską. Dla wypełnienia takiego posługiwania otrzymali kapłani święcenia:⁸ i to w ten sposób, żeby miłość Boża była zawsze fundamentem miłości względem bliźniego i by naukę wiary wykładać w sposób całkowicie zgodny z nauczycielskim Urzędem Kościoła, by właściwie odróżniać kapłańską posługę od działalności politycznej i społecznej, która z natury rzeczy należy do świeckich.⁹ Konieczne jest natomiast duchowe wyrażające się w chęci prowadzenia życia opartego na pobożności i dyscyplinie, ponieważ

⁷ Conc. Oec. Vat. II, Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius*, n. 15: A.A.S. 58 (1966), p. 722; cfr. etiam Decl. *Dignitatis humanae*, n. 14: A.A.S. 58 (1966), p. 940.

⁸ Cfr. *Pont. Rom.*, De Ordinatione Presbyt.; Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 28: A.A.S. 57 (1965), pp. 33—36.

⁹ Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 32: A.A.S. 57 (1965), pp. 38—39; Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem*, n. 7: A.A.S. 58 (1966), pp. 843—844; Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis*, n. 6: A.A.S. 58 (1966), pp. 999—1001; Const. Past. *Gaudium et spes*, nn. 43 et 76: A.A.S. 58 (1966), pp. 1061—1064 et 1099—1100.

nis in sacramentali ordinatione susceptis et muneribus in vita pastoralis cuique exercendis: „ut, aptis adhibitis mediis ab Ecclesia commendatis, ad illam semper maiorem sanctitatem nitantur, qua evadant in dies aptiora instrumenta in servitium totius Populi Dei.”¹⁰

Beatus Paulus Apostolus praeterea hortatur: „Admoneo te ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, et dilectionis et sobrietatis.”¹¹

Sacerdotes, si haec in ipsis inveniuntur et vigeant, numquam obliviscuntur, cur se olim Deo eiusque gregi devoverint in sacerdotio, neque periculum erit, ne ignorent, quid fidelibus praestare possint ad salutem procurandam neque pro caritate proximi substituantur merus humanismus naturalis.

12. Qua de causa Episcopus instantanter curet oportet, ne docentes, quibus munus instituendi sacerdotes credatur, casu designentur. Ratio seligendi eiusmodi docentes sana mens ecclesiastica esse debet. Illud enim sentire cum Ecclesia, quod iterum iterumque excitari debet, postulat sane theologum Ecclesiae fidelem. In universum autem, ut vita sacerdotalis eiusque vis per-

kapłańskie posługiwanie, którego uczestnikami są przebiterzy domaga się w sposób bezwzględny stylu życia odpowiadającego darom otrzymanym w sakramentalnym święceniu i zadaniom, jakie każdy ma do wykonania w duszpasterstwie: „aby z pomocą odpowiednich środków zalecanych przez Kościół zdążali do tej stale coraz wyższej świętości, dzięki której stawaliby z każdym dniem coraz lepszymi narzędziami w służbie całego Ludu Bożego”.¹⁰

Ponadto św. Paweł Apostoł upomina: „Przypominam ci, abyś rozpałił na nowo charyzmat Boży, który jest w tobie przez włożenie moich rąk. Albowiem nie dał nam Bóg ducha bojaźni, ale mocy i miłości, i trzeźwego myślenia”.¹¹

Jeżeli to wszystko znajdzie się w kapłanach i będzie w nich żyło, wtedy nigdy nie zapomną, dlaczego kiedyś poświęcili się Bogu i jego owczarni w kapłaństwie. Nie będzie też niebezpieczeństwa, że zapomną o tym, co mogą wyświadczyć wiernym dla osiągnięcia zbawienia i że miłość bliźniego zastąpią zwykłym naturalnym humanizmem.

12. Z tej to przyczyny biskup usilnie musi się troszczyć o to, by nauczający, którym powierza się zadanie formowania kapłanów nie byli dobierani przypadkowo. Podstawą doboru wykładowców ma być zdrowy zmysł kościelny. Owo bowiem włączanie się w myśl Kościoła, które winno być raz po raz ożywianie (wzmacnianie), domaga się teologa wiernego Kościołowi. Ogól-

¹⁰ Conc. Oec. Vat. II, Decr. de Presbyt. ministerio et vita Presbyterorum ordinis, n. 12: A.A.S. 58 (1966), pp. 1009—1011.

¹¹ 2 Tim. 1, 6—7.

suasibilis foveantur, arctior coniunctio inter scientiam theologicam et spiritualitatem sacerdotum propriam efficienda est.

Itaque ii magistri ad hoc opus praestandum apti possunt haberi, qui propositas sibi quaestiones solvunt, non autem qui dubitationes ingerunt et augent. Nominis fama, qua palam fruuntur, novitatis studium in quaestionibus proponendis et explanandis vel enuntiandi modus, qui animos quidem allicit, non tamen erudit neque iis persuadet, nequeunt esse rationes, ob quas designentur. Mos ille impugnandi traditiones, institutiones auctoritatemque Ecclesiae, non idoneum quemquam reddunt ad hoc munus exsequendum. Sed ut magister, qui discipulos instruat, sacerdos asciscatur, qui sincero animo cum Ecclesia sentit, ac de hac via neque in in hanc neque in illam partem deflectit, Magistri sacerdotum, attento animo et corde sincero germana bona nostrae aetatis et ea, quae haec vere postulat, inspicientes, atque penitus inhaerentes, quoad vitam et doctrinam, traditionibus Ecclesiae, mente et opere componere studeant ea, quae haec tempora nostra exigunt et in quae inclinant atque propendent, prout eadem sunt legitima, cum Ecclesiae traditione. „Facile cernitur quam opportunum ac prorsus necessarium sit optimos habere duces ac magistros, qui eis non tam doctrinae praeceptis, quam sacerdotalis ministerii exercitatione in exemplum prae luceant”¹².

nie rzecz biorąc dla spotęgowania życia kapłańskiego i jego mocy przekonywającej konieczne jest wprowadzenie ściślejszego związku między wiedzą teologiczną a duchowością właściwą kapłanom.

